

témpore, sed in hac potíssimum die, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

#### **COMMUNION Psalms 95: 2**

Cantáte Dómino, allelúia: cantáte Dómino et benedicite nomen ejus: bene nuntiáte de die in diem salutáre ejus, allelúja, allelúja.

#### **POSTCOMMUNION**

Tríbe nobis, Dómine, cæléstis mensæ virtúte satiátis: et desideráre, quæ recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### *For St. Gregory VII*

Refectióne sancta enutritam gubérna, quásumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte percístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Sing unto the Lord, alleluia; sing unto the Lord, and bless His name; show forth His salvation from day to day, alleluia, alleluia.

Grant to us, O Lord, that filled with strength from this heavenly table, we may both desire what is right, and obtain that which we desire. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## **MASS PROPER: VIGIL OF THE ASCENSION**

MASS *Vocem jucunditátis* (white)

#### **INTROIT Isaias 48: 20**

Vocem jucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúja, allelúja (Ps. 65: 1-2) Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: date glóriam laudi ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Vocem jucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúja, allelúja.

#### **COLLECT**

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, eadem faciámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### *For St. Gregory VII*

Deus, in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte, virtúte constántiæ roborásti: da nobis, ejus exémplo et intercessióne, ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### **EPISTLE Ephesians 4: 7-13**

Fratres: Unicúque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit:

Declare it with the voice of joy, and make it known, alleluia: declare it even to the ends of the earth: The Lord hath delivered His people, alleluia, alleluia. (Ps. 65: 1-2) Shout with joy to God, all the earth, sing ye a psalm to His name: give glory to His praise. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Declare it with the voice of joy, and make it known, alleluia: declare it even to the ends of the earth: The Lord hath delivered His people, alleluia, alleluia.

O God, from Whom all good things come, grant, we beseech Thee, that by Thine inspiration, we may think what is right and under Thy guidance, accomplish it. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, the strength of them that trust in Thee, Who didst fortify blessed Gregory, Thy Confessor and Pontiff, with the virtue of constancy, for the defense of the liberty of the Church, grant us by his example and intercession courageously to overcome all adversities. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, To every one of us is given grace according to the measure of the giving of Christ. Wherefore He saith:

Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferiôres partes terræ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes cælos, ut impléret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastôres et doctôres, ad consummationem sanctórum in opus ministérii, in ædificatióem córporis Christi: donec occurrámus omnes in unitátem fídei, et agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

#### **GREATER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Surréxit Christus, et illúxit nobis, quos rédemit sáanguine suo. Allelúja. (John 16: 28) Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Allelúja.

#### **GOSPEL John 17: 1-11**

In illo témpore: Sublevátis Jesus oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Fílium tuum, ut Fílius tuus claríficet te: sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne, quod dedísti ei, det eis vitam ætérnam. Hæc est autem vita ætérna: ut cognóscant te, solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum. Ego te clarificávi super terram: opus consummávi, quod dedísti mihi, ut fáciam: et nunc clarífica me tu, Pater, apud temetípsum, claritáte, quam hábui, priúsquam mundus esset, apud te. Manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedísti; et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia ómnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ

Ascending on high, He led captivity captive; He gave gifts to men. Now, that He ascended, what is it, but because He also descended first into the lower parts of the earth? He that descended is the same also that ascended above all the heavens, that He might fill all things. And He gave some apostles, and some prophets, and other some evangelists, and other some pastors and doctors, for the perfecting of the saints for the work of the ministry, for the edifying of the body of Christ; until we all meet into the unity of faith, and of the knowledge of the Son of God, unto a perfect man, unto the measure of the age of the fullness of Christ.

Alleluia, alleluia. Christ is risen, and hath shone upon us, whom He redeemed with His blood. Alleluia. (John 16: 28) I came forth from the Father, and am come into the world: again I leave the world and go back to the Father. Alleluia.

At that time, Jesus lifting up His eyes to heaven said: Father, the hour has come; glorify Thy Son, that Thy Son may glorify Thee, as Thou hast given Him power over all flesh, that He may give eternal life to all whom Thou hast given Him. Now this is eternal life: that they may know Thee, the only true God, and Jesus Christ whom Thou hast sent. I have glorified Thee on the earth; I have finished the work which Thou gavest Me to do; and now glorify Thou Me, O Father, with Thyself, with the glory which I had, before the world was, with Thee. I have manifested Thy name to the men whom Thou hast given Me out of the world. Thine they were, and to Me Thou givest them, and they have kept Thy word. Now they have known that all things which

dedísti mihi, dedi eis: et ipsi accepérunt, et cognovérunt vere, quia a te exivi, et credidérunt, quia tu me misísti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedísti mihi: quia tui sunt: et mea ómnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificátus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio.

#### **OFFERTORY Psalms 65: 8-9, 20**

Benedícite, gentes, Dóminum, Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis ejus: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecatióem meam et misericórdiam suam a me, allelúja.

#### **SECRET**

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiônibus hostiárum: ut, per hæc piæ devotiónis officia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### *For St. Gregory VII*

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benignus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastôres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### **PREFACE FOR EASTER SEASON**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, te quidem, Dómine, omni

Thou hast given Me are from Thee: because the words which Thou gavest Me, I have given to them: and they have received them, and have known in very deed that I came out from Thee, and they have believed that Thou didst send Me. I pray for them; I pray not for the world, but for them whom Thou hast given Me; because they are Thine: and all My things are Thine, and Thine are Mine: and I am glorified in them. And now I am not in the world, and these are in the world, and I come to Thee.

O bless the Lord our God, ye peoples, and make the voice of His praise to be heard: Who hath set my soul to live, and hath not suffered my feet to be moved. Blessed be the Lord, who hath not turned away my prayer, nor His mercy from me, alleluia.

Accept, O Lord, the prayers of Thy faithful, together with the gifts they offer: that by these offices of loving devotion we may enter into heavenly glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, at all times to praise